C. 3. 1629

53 54 54

VOTA ET MOTIVA A PROCESSV

IN CVRIA DOMINI IVSTITIÆ ARAGONum, & Scriuania Ioannis Michaelis de Samper habito, actitato, & existente intitulato Processus Elisabetis de de Fuertes, super appræhensione, in confirmatione Sententiæ diffinitiuæ in eodem latæ.

IN PROCESSV, & causa in Curia Dñi Iustitię Aragonũ habito, & actitato intitulato Processus Elisabetis de Fuertes domicelæ in Ciuitate Cæsaraugustæ habitatricis, super apprehensione, interuenientibus in Camera Consilij eiusdem Curiæ Illustribus Dominis Ioanne Sanz. de Armora, Ferdinando de Azcon, Gaspare Lupertio Tarasona & Vincentio Hortigas Locumtenẽtibus ordinriajs Illustris. Domini Don Lucæ Perez Manrique Militis Maiestatis Domini nostri Regis Consiliarij ac Iustitiæ Aragonum, absente â dicta Camera Consilij Illustris. Domino Ioanne Francisco Iubero etiã Locumtenente ordinario prælibati Domini Iustitiæ Aragonum, pro suspecto dato & declarato in dicto & præintitulato Processu in deliberatione, super confirmatione vel reuocatione sentetiæ difinitiuæ in dicto Processu latæ. QVATVOR Ex dictis dominis Locũtenentibus dicti Domini Iustiæ Aragonũ fuerunt voti, & opinionis, quod tenetur, & debet pronuntiare & in bonis primo loco in fine appellitus præsentis apprehensionis confrontatis mandare fieri contẽta in propositione Iuratorum Consilij & vniuersitatis

loci de Muniesa principalium Lupercij de Arcaina Procuratoris. Et in medietate bonorũ secundo loco in fine dicti appellitus apprehensionis confrontatorum, tantum, mandare fieri contenta in propositione oblata pro parte Elisabetis de Fuertes, principalis Francisci de Arbus Procuratoris, cũ expẽsis iuribus suis durantibus. Et eis finitis in eisdemmet bonis contẽta in propositione oblata pro parte Petri Ludouici Gan principalis Francisci Berbegal Procuratoris pro quantitate viginti, & quatuor mille, & nouem centarum librarum Iascensium, tantum, cum expensis iuribus suis durantibus. Et eis finitis, & siñe præiuditio illorum in dictis bonis primo loco, & in medietate bonorũ secundo loco in fine eiusdem appellitus aprehensionis cenfrontatorum, mandare fieri contenta in propositione oblata pro parte Egregiorũ Don Martini de Bardaxi, & domnæ Annæ Martinez de Marcilla cõiugum Comitum de Castelflorit principalium dicti Francisci de Arbus Procuratoris, providuitate dictæ Egregiæ Domnæ Annæ Martinez de Marcilla tẽporis quo extitit vidua Don Ioanis de Torrellas eius primi viri tantum. Et sine præiuditio dictorum omnium, quorum propositiones respectiuè recipiuntur contenta in propositione oblata pro parte Don Ludouici Sanchez & Torrellas, principalis Petri Tormon Procuratoris in eisdẽmet bonis secundo loco in fine dicti appellitus confrontatis. Et in bonis primo loco in fine eiusdem appellitus appræhensionis confrontatis mandare fieri contenta in propositione Illustris. Don Michaelis de Gurrea & Sanchez Marchionis de Nauarrens, principalis Didaci Pilares, Francisci Berbegal, & Didaci Antonij Antin Procuratorum, præstita prius per partes respectiue cautione forali, cæteris propositionibus reiectis. Et repulsis reseruatis iuribus reseruari suplicantibus neutram partium in expensis (demptis prædictis taxandis) condemnãdo, quascunque pronuntiationes in contrarium factas reuocando cætera supplicata locum non habere. Ex motiuis per dictos Dominos quatuor Locuntenentes prestitis in difinitiua sententia, & etiam ex sequentibus recipiuntur autem propositiones, Elisabetis de Fuertes principalis Francisci de Arbus Procuratoris, & Petri Ludouici Gan Principalis Francisci Berbegal Procuratoris, ac Egregiorum Don martini de Bardaxi, & domnæ Annæ Martinez de Marcilla coniugum Comitum de Castelflorit, ordine

quo

quo in ſententia. Ex eo, & alias quia ex contentis in Proceſſu reſultat Dominum Ioanem de Torrellas, verum & legitimum Dominum, & poſſeſſorem fuiſſe dictorũ bonorum aprehenſorum, tẽpore quo ſe obligauit in inſtrumento comandæ in Proceſſu exhibito in fauorem Illuſtriſ. Don Michaelis de Gurrea Marchionis de Nauarens â quo ius, & cauſam habent dicta Eliſabet de Fuertes, & Petrus Ludouicus Gan, vt ex legitimis documentis in eodẽ Proceſſu per eoſdem reſpectiue productis & exhibitis conſtat cum obligatione, & hypotheca dictorum bonorum contenta in dicto inſtrumento comandæ & alijs clauſulis ad obtinendum in hoc articulo neceſarijs. Et aſimili fuiſſe etiam verum, & legitimun Dominum, & poſſeſſorem dictorum bonorum, durante & conſtante matrimonio inter eum, & dictam Egregiã Domnã Annam Martinez de Marcilla vſq; ad tempus. Et tempore ipſius mortis, eãq; fuiſſe legitimam vxorẽ illius, & poſt ipſius mortem; & à tempore illius vſq; quo contraxit Secundum matrimonium cum Egregio Domino Martino de Bardaxi Comite de Caſtelflorit, extitiſſe in habito viduali, & legitiman viduitatem obſeruaſſe, inter eoſdem Egregios Don Martinum de Bardaxi, Domnam Annam Martinez de Marcilla contractum fuiſſe & eſſe verum & legitimum matrimonium & adhuc eſſe legitimos coniuges, ex quo in dubitati iuris eſt eidem pertinuiſſe, in & ſuperdictis bonis in ſententia recitatis viduitatem foralem pro tempore eo reſpectiuo ſuæ viduitatis. Nec ſupra dictis obſtant nec obſtare poſſunt, vincula contenta, & diſpoſita in teſtamento quondam Gabrielis Sanchez Dominum, & poſſeſſorem dictorum bonorum cum per eundem (vt ex Proceſſu reſultat) & ex eodem teſtamento fuerint poſſeſſa conſtante matrimonio in ter eum, & Domnam Albamut Gilabert de Santangel, ex quo alio non docto, (pro vt non conſtat in præſenti proceſſu) præſumuntur de iure, & foro, ex veriori & comuniori ſententia Doctorum, communia inter eoſdem Coniuges & conſtante eorũdem matrimonio, titulo oneroſo ad quiſita, & ſic libera, reſpectu medietatis prædicte vxori pertinentis, quod multo fortius corroboratur ex confeſsione facta per eundem Gabrielem Sanchez in prædicto ſuo teſtamento, vbi expreſis verbis confitetur ſe in dicto teſtamento diſponere de bonis propijs dictæ ſue vxoris & de bonis comunibus eorundem, ex qua indubitãter reſultat inter eoſdẽ

bona comunia extitisse. Non obstat prædecessores Don Ioannis de Torrellas dicta bona, vt vinculosa posedisse, quia non constat, iure vinculorum, ipsum possedisse, sed tantum dominij eum iustis titulis, quod ex multis, & diuersis causis contingere potuit. Recipiuntur in primo loco propositiones dictorum Elisabetis de Fuertes, & Petri Ludouici Gan creditorum, & antequam recipiatur propositio dictorum Egregiorum Don Martini de Bardaxi, & Domnæ Annæ Martinez de Marcilla Comitum de Castel Florit, coniugum, quoniam constat de tempore certo dicti crediti siuè comandæ scilicet confectum, & testificatum fuisse, die prima Mensis Septembris Anni milesimi sexcentesimi decimi sexti, & nullatenus constat de tempore contracti matrimonij dictorum Don Ioannis de Torrellas, & Egregiæ Domnæ Anuæ Martinez de Marcilla, ex quo eidem præferendos fore in recuparatione dicti crediti ex veriori sententia doctorum censemus. Recipiuntur autem, & reijciuntur respectiuè cæterorum propositiones, modo quo in sentencia ex motiuis per eos, (vt dictum est)iam præstitis super eademmet difinitiua sentencia. Nec obstare quidquam censemus ad obtinendum prædictum Illustr. Marchionem de Nabarrens in bonis super quibus eidem recipitur propositio, libertas considerata respectu medietatis dictorum bonorum, pertinentium prædicte Albamut Gilabert de Santangel, vxori dicti Gabrielis Sanchez, cum per omnes partes pretendentes dominium bonorum in præsenti processu apprehensorum vno ore confiteantur omnia prædicta bona secundo loco in fine appellitus præsentis apprehensionis confrontata fuisse prædicti Gabrielis Sanchez vinculantis, & corúdem fuisse legitimum dominum, & possessorem, & vti talem eadem vinculis prædicti sui testamenti(quo omnes includuntur) subijcisse. Nec etiam obstare quidquam censemus, quod obijcitur, pro parte Don Ioannis Francisci Bernardini de Torrellas, & Sanchez siue ipsius tutoris, & curatoris, & pro parte Don Ludouici de Torrellas, & Sanchez in præsenti processu oppositorum scilicet nō posse, nec potuisse gaudere de prærrogatiua lineæ Don Martini de Bardaxi eius aui eum constet de incompatibilitate dictorum Maioratuum de Bardaxi. Et Sanchez respectu delationis nominum, & armorum in vtroque requisita, & quod fuerit legitimus dominus, & possessor

ſeſſor dicti Maioratus de Bardaxi; qui omnino excludit mixturam alterius nominis,& armorum. Ex quo fuit effectus incapax dictus Don Martinus de Bardaxi dictorum Maioratuum de los Sanchez, & ius ſuccedendi in eiſdem fuit translatum in Domnum Ludouieum eius fratrem,& ipſius lineam, quia reſpondetur, quod vltra; quod dictus Illuſtriſsimus Don Michael de Gurrea,& Sãchez Marchio de Nabarrens eſt deſcendens,& maſculus Domnæ Mariæ Sãchez,& dicti Don Martini de Bardaxi eius filij primogeniti, quod ad ipſius incluſsionem legitimam ad obtinendum in dictis Maioratibus probaſſe(prout probatum extat) ſufficit nam prærrogatiua lineæ,& gradus ſolum ad excluſsionem ſuarum partium aduerſarũ vtitur adhuc eiuſdem lineæ prædicti Don Martini de Bardaxi, eius aui prærrogatiuam habere cenſemus, cum ſucceſsio maioratus de los Sanchez in dicto Don Martino intrauerit, & radicata fuerit. Nec obſtat dictum Don Martinum poſſediſſe dictum Maioratum de Bardaxi incompatibilem cum maioratibus de los Sanchez,quia vltra quod non conſtat ex dictis maioratibus, quorum prius fuerit adepta poſſeſsio ad hoc,vt adeptio primi excluderet obtentionem ſecundi incompatibilitas non erat inconſideratione reſpectu maioratuum de los Sanchez;ſed ſolum reſpectu maioratus de Bardaxi quia deferendo nomen,& atma ipſorum, poterat etiam defferre nomen.Et arma dicti maioratus de Bardaxi,& alterius cuiuſcumq; maioratus,& non conſtat non detuliſſe nomen,& arma de los Sanchez,nec contraueniſſe in aliquo præceptis Gabrielis, & Ludouici Sanchez ipſorum inſtitutorum,nec minus habuiſſe ſcientiam legitimam dictorum grauaminum, & incompatibilitatuum vtriuſque, prout de iure,& foro requiritur, ſignanter in materia pœnali ammiſsionis iurium & bonorum,& alias attent.content.Et vnus ex dictis dominis locumtenentibus dicti Illuſtriſsimi domini Iuſtitię Aragonũ fuit voti. Et opinionis quod debet pronuntiare, & in bonis primo loco iu fine appellitus præſentis apprehenſionis confrõtatis mãdare fieri cõtẽta in propoſitione iuratorũ Cõcilij,& vniuerſitatis Loci de Munieſſa principalium Lupercij de Arcayna Procuratoris, & immediate bonorum, ſecundo loco in fine dicti appellitus apprehenſionis confrontatorum,tantum,mandare fieri contenta in propoſitione oblata,pro parte Eliſabetis de Fuertes principalis Franci

ſci

ſci de Arbus Procuratoris, cũ expenſis iuribus ſuis durantibus. Et eis finitis, in eiſdemmet bonis cõtenta in propoſitione oblata, pro parte Petri Ludouici Gan principalis Franciſci Berbegal procuratoris, pro quantitate viginti, & quatuor mille, & nobet contarum librarum Iacceſium, tantum cum expenſis iuribus durantibus. Et eis finitis, & ſine præiuditio illorũ in dictis bonis primo loco, & immedietate bonorũ ſecundo loco, in fine eiuſdẽ appellitus apprehenſionis confrontatorum, mandare fieri contenta in propoſitione oblata pro parte Egregiorum Dõ Martini de Bardaxi, & Domnæ Annæ Martinez de Marcilla coniugum Comitum de Caſtel Florit principalium dicti Franciſci de Arbus procuratoris pro viduitate dictę Egregiæ Domnæ Annæ Martinez de Marcilla temporis quo extitit vidua Don Ioannis de Torrellas eius primi viri tantum, & ſine præiuditio dictorum omnium, quorum propoſitiones reſpectiue recipiuntur, in omnibus bonis primo, & ſecundo loco in fine dicti appellitus præſentis apprehẽſionis confrontatis mandare fieri contẽta in propoſitione oblata, pro parte Don Ludouici Sanchez de Torrellas, principalis Petri Tormõ Procuratoris, præſtita prius per dictas partes reſpectiuè cautione forali cæteris propoſitionibus reiectis, & repulſis reſeruatis iuribus reſeruari ſupplicantibus neutram partium in expenſis (demptis prædictis taxandis) condemnando, quaſcumque pronuntiationes in contrarium factas reuocando cætera ſuplicata locum non habere. Ex eiſdem motiuis, per eum in difinitiua ſentencia præſtitis, & etiam ex motiuis per dictos dominos quatuor locumtenẽtes præſtitis, & de ſuper continuatis, vſque in illa verba, quo omnes includuntur ſubiiciſſe, ſub tali ſig✠no, & alias attent, content. &c.

Sig✠num mei Lupercij Ioſephij Mezquita, in Ciuitate Cæſaraguſtæ Domiciliati, authoritateque Regia per vniuerſam terram, & dominationem Maieſtatis domini noſtri Regis Publici Notarij, & Secretarij ſubſtituti Conſilij Curiæ domini Iuſtitiæ Aragonum, qui huiuſmodi vota, & motiua a libro motiuorum dicti conſilij de Anno præſenti milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo nono, vbi continuata exiſtunt, fideliter ſumta extraxi, in quorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum meo ſolito ſigno ſignaui.